

tandum est an commoda transpositione metro succurri queat. Et hoc quidem tot modis fieri potest, ut propter copiam difficilis sit electio. Legi nempe potest vel οὐκ ἂν ποθ' οὗτος εὐγενῆς γένοιτ' ἀνὴρ.

vel οὐκ ἂν γένοιτ' ἀνὴρ ποθ' οὗτος εὐγενῆς.

vel οὐκ ἂν γένοιθ' οὗτος ποθ' εὐγενῆς ἀνὴρ.

Et huic ordini quodammodo favet Suidæ v. *μνηστis* editio Mediolanensis, quæ *ποτε* omittit. Sed omnes numeros implet Suidæ MS. in Collegii Corporis Christi Bibliotheca apud Oxonienses servatus, modo levis et solennis error corrigatur, legendo οὐποτε pro οὐπω.

οὐποτε γένοιτ' ἂν οὗτος εὐγενῆς ἀνὴρ. (G)

Æd. Tyr. 248. Dignus qui exscribatur, integer locus:

Κατεύχομαι δὲ τὸν δεδρακότ' εἴτε τις
 εἴς ὧν λέληθεν, εἴτε πλειόνων μέτα,
 Κακὸν κακῶς νιν ἀμοιρον ἐκτρίψαι βίον.

Cum pronomen sit non omnino necessarium, expungendum facile quis conjiciat, et conjecit Joannes Burtonus. Verum ne illos videar imitari, qui scrupulum injectum quocunque modo eximere cupiunt, fateor νιν hic tam eleganter addi, ut quamvis aliam medicinam adhibere malim, quam illud expungatur. Et defenditur simillimo loco Trachin. 287. ΑΥΤΟΝ δ' ἐκεῖνον, εὐτ' ἂν ἀγναὶ θυμάτα ῥέξῃ πατρώω Ζηνὶ τῆς ἀλώσεως, φρόνει ΝΙΝ ὡς ἤξοντα. Sed levi opera res peragenda, et unius literulæ jactura reponendum ἀμορον, quæ vox occurrit Euripid. Med. 1395. ἀμμορος habet